actionis perſonalis ordinariæ faciat obſtaculum, quin ſimul obſtet executiuæ, atque ita fieri nequit vt executiua actio per decennium ſit præſcripta, & perſonalis ordinaria ſimul competens, nec maiorem vitam habens, adhuc duret, ceſſante quoad eam præſcriptione ob id iuris impedimentum puta patriæ poteſtatis, vel ſimile, iuxta latè à nobis tradita *diſſertat. 9. per totam*, nam & idem obſtabit
53 præſcriptioni iuris executiui. Quapropter * idem Dominus Præſes *dict. §. vndecimo, numero ſecundo*, verſic. *Erit denique*, longè melius pro conciliatione conſiderat, *in dict. l. tertia*, non eſſe vnum decennium tantum conceſſum actioni perſonali ordinariæ, & executiuæ ſimul, ſed duplex, alterum competens ratione perſonalis actionis ſimplicis, alterum ratione actionis executiuæ, perſonali adiunctæ: quæ & ſi primo decennio præſcripta ſit, manet tamen perſonalis actio pro alio decennio, iuxta *l.* 4. quam ſic rectè intelligit; id quod ipſe *in præcedenti verſic.* ſiue initio *numeri ſe-*
54 *cundi* non male probat * ex coniunctione duarum legum Regiarum, quæ tunc temporis vigebant. Altera lex fuit Regis Alphonſi Compluti edita, ſpecialiter tempus concedens ad præſcribendum iūs executiuum, quod cum fuerit ſex annorum tantum, cum ex contractu Chriſtianus Iudæo obligatus eſſet, eodemque anno in iiſdem comitiis Complutenſibus poſtea prodierit conſtitutio, quæ relata eſt *in dict. l. tertia, titul. decimo tertio, libro tertio, ordinam.* ſimpliciter decennium concedens ad præſcriptionem vel ordinarij, vel executiui iuris, videtur illa cuilibet iuri ſuum ſeparatum decennium conceſſiſſe, & decennium iuris executiui intellexiſſe de executionis iure, competente Chriſtiano aduerſus Iudæum, vel alterum Chriſtianum. Altera fuit lex Henrici II. quindecim poſt annis in comitiis Burgenſibus edita, quæ illius legis Alphonſi, ipſius Henrici patris, mentionem faciens, in ſpecie ſtatuit, præſcripto iure ſummariæ executionis, adhuc manere ſaluam actionem perſonalem quoad iudicium ordinarium. Ego ve-
55 rò * hanc decennij diſtinctionem ex præfata *l. 3. ordinam.* inde colligo, quod cùm lex illa alternatiuè loquatur de ius habente aduerſus alium, vel ſine vlla ſcriptura ſiue ex ſimplici actione perſonali, executiuum ius admixtum non habente vel per ſcripturam nempe publicam, & ſolennem, cui executiua vis iam conceſſa erat *in l. quarto, & quinto, titul. octauo, eodem libro tertio, ordina.* alternatiue quoque ponit, eum vel ordinariè citato aduerſario ius ſuum in iudicium non deduxiſſe (cum ſcilic. ſimplex perſonalis actio abſque ſcriptura ſibi competebat, vel executionem nullam petiiſſe (cum videlic. executiuum ius, quod & ordinariam actionem admixtam habet, virtute publici inſtrumenti eidem competeret) idque intra decem annorum curriculum, referendo nempe ſingula ſingulis, vt neque ratione ſimplicis actionis ordinariæ egerit intra decennium, neque ratione executiuæ admixtæ ſimiliter intra decennium egerit, ac demum ſubdit lex *illa* 3. ita agere negligentem, & actionem amittere, & audiendum deinceps nullo modo fore, relatione ſimiliter ſeparatim facta ad ordinarium, & executiuum iudicium, vt neutrum in ſuo decennio intentatum fuerit, quod vt magis * lex ſequens declararet (etſi his, 56
quæ præmiſimus; ignoratis obſcura potius ſit) addidit, præſcripto contractu per tranſcurſum vnius decennij, iuxta contenta in lege præcedenti, & ſi executioni non ſit locus, eſſe tamen locum ordinario iudicio, in quo reus citetur, & audiatur. Id quod neceſſario accipiendum eſt de præſcriptione contractus quoad ius executiuum, tam ex diſpoſitione legis Henriciæ, diuerſum tempus ad præſcriptionem iuris executiui, quam ordinarij præfinientis, vt diximus, quam ex eo quod ſi primo præſcripta intelligeretur actio ordinaria, nunquam locus eſſet alteri decennio; nam ſublata ordinaria actione, & executiua ceſſaret, quæ abſque illa ſubſiſtere nequit, vt ſuperius notauimus. Quam * veriſſi- 57
mam illarum legum conciliationem, & interpretationem cum non ſatis percalluiſſet vir alioqui doctiſſimus D. Ferdinandus Menchaca *de ſucceſſion. creat. libro primo, §. decimo, numero trigeſimo*, verſ. *Hæc tamen*, immeritò contemnit, & abiicit, eandem in effectu tradens quam ipſe diuerſam putat, & male tribuit Roderico Suarez contrariam potius docenti, nec enim duplex ſed vnum tantum decennium agnouit, vt vidimus; eandem * quoque in effe- 58
ctu probat Didacus Perez *in l. 4. titulo octauo, libro tertio ordinamen. gloſſa prima circa finem, §. dubitatur præterea, verſ.* Vel dicamus procedere *& in dict. lege tertia, titul. tertio, eodem libro tertio gloſſ. itidem* 1. *§. Præterea & ſecundo, & in dict. lege quarto, ſequenti, gloſſ. vnic. in princip.* quicquid poſtea in verſ. *Vel dic*, nouum cogitet intellectum, quem veriorem dicit, vt lex illa procedat in debito procedente ex contractu contento in inſtrumento guarentigio, præcedens vero *lex* 5. in non procedente ex tali inſtrumentario, & guarentigio contractu, qui tamen intellectus præter manifeſtum diuinationis vitium, quo laborat, aperte conuincitur ex generalibus illis verbis *dicta l. tertia, con carta, o ſin carta*, nam ſub verbo *carta*, quælibet ſcriptura continetur: nedum priuata, ſed etiam publica, & guarentigia, imò hæc per excellentiam multò magis, maximè quia verius eſt, publicam ſcripturam à guarentigia quoad executionem non differre, vt infra latè probo *diſſertat. quadrageſima ſecunda.* Denique (vt * ad inſtitutum redeam) hanc 59
eandem interpretationem vti certiſſimam ſupponit Auendañus *dicto ſecunda part. de exequend. mandat. capite trigeſimo, numero vndecimo*, dum docet, præſcripta per lapſum decennij iuxta *dict. l. tert.* actione perſonali, quæ ſola competit ex contractu in chirographo contento ante eius recognitionem, huiuſmodi recognitionem poſtea in iudicio factam non ſufficere ad executionem, quo iure quoque competit virtute recognitionis, iuxta legem Madritiam, cum ita demum recognitio ex ea lege executionis ius habeat, ſi tali tempore facta ſit, quo chirographi virtus durat quoad perſonalem actionem, ſecus ſi illa ſit iam extincta per præſcriptionem (quod non animaduertit, contrarium ſecure docens, Didacus Perez *in dict. l. 4. titul. octauo, libro tertio, ordinamen. gloſſa prima, in fine,*) ergo idem planè docuiſſet Auendañus, in terminis *legis* 63. *Tauri* (quæ cùm

cùm ipſe ſcripſit nondùm emanauerat) ſi perſonalis actio, ex chirographario contractu
60 competens, ſublata eſſet per lapſum viginti annorum, qui * lege illa Taurina probata poſtea *in l. 6. titul. decimo quinto, libro quarto, nou. compilat.* indiſtinctè conceſſi ſunt perſonali actioni exercendæ, ſiue ſimplici, ſiue coniunctæ cum iure executiuo, puta ex publico inſtrumento
61 prouenienti, correcta in hoc præfata *l. 3. ordinam.* & in eo tantùm * cum illa conuenienti, quod iuri executiuo per ſe in iudicium deducendo idem decennium ſtatuit, quo lapſo, poteſt etiam intra aliud decennium ordinaria actio inſtitui, vt vtrumque obſeruarunt rectè Ioannes Parlado. *libro primo rer. quotid. capite primo, §. 12. numero primo, verſic.* Igitur ad dirimendam, *& §. 14. numero tertio, & decimo*, Gundiſaluus Paz *in praxi, 4. part. prim. tomi, capite tertio, numero duodecimo, decimo tertio, decimo quarto, & decimo quinto*. Ioannes Gutier. *ad l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. numer.* 205. *&* 491. Azeued. neminem referens *in dict. l. ſexto, compilat. numero quadrageſimo ſeptimo*, Amator Rodericius *de execut. capite ſexto, numero quinquageſimo nono & ſexageſimo*, Doct. Franciſ. Salgado *de Regia protect. vi oppreſſ. 4. part. capite numero* 11. noſque etiam tradidimus, tametſi non ſic exactè rem explicantes, *diſſertat. 8. numero nono & decimo* plenius tamen *ex numer. ſeq.* tractantes, an & qualiter huiuſmodi leges debitum temporali præſcriptione excludentes, iuſtæ ſint, & in vtroque foro ſeruandæ.

62 Idem autem, quod in recognitione diximus, ex eadem ratione æquè & in confeſſione debiti dicendum videtur, vt ſi hæc poſt præſcriptam perſonalem actionem per lapſum viginti annorum, iudicialiter ad creditoris inſtantiam per debitorem fiat, executionis iure careat, vt ſenſit Parlad. *dict. libro primo, rer. quotid. capite primo, §. decimo tertio, numero duodecimo*, dum generaliter loquitur tam in confeſſione, quàm in recognitione inſtrumenti, & ad neutram poſt in tempus debitorem cogendum aſſerit, addens *duobus numer. ſeqq.* quod & ſi poſt præſcriptum tantum ius executiuum, ad vtramque cogi valeat, executio tamen illius virtute non aliàs aduerſus eum locum habebit, quàm ſi talis confeſſio, vel recognitio tunc facta ſimplex, & abſoluta ſit, ſecus ſi non ſimplex, ſed ſolutione ſimul allegata, quia per talem allegationem executio vitabitur, ob iuris præſumptionem, quæ pro ſic confitente, vel recognoſcente poſt decennium adeſt. Sedet in ijſdem ter-
63 minis, * quod confeſſio, vel recognitio fiat poſt præſcriptum tantum ius exequendi ob decennij lapſum, durante altero decennio, quod ad perſonalem actionem ſupereſt, eum tunc generaliter, & indiſtinctè, adeóque & ſolutione non allegata, executionis iure carere, aduerſus Parladorium docuit Azeuedus *in d. l. ſexto, compilat. numero quadrageſimo primo, verſic.* Ego tamen, *iuncto verſic.* Imo, & quod plus eſt, *&* verſic. *Neque placet* quem referunt, & ſequuntur Villadiego *in polit. cap. 2. numer. 34. poſt. princip.* verſic. *Y deſpues de preſcripto*, Volañus *in curia Philip. 2. part. §. 1. numer. 5 circa fin.* verſic. *Y eſta pre-*
64 *ſcripcion.* Cæterumcontrarium, * nempe debiti confeſſionem claram, nedum poſt præſcriptum ſolum ius exequendi per decennij lapſum, ſed etiam poſt præſcriptam ſimul perſonalem actione per lapſum viginti annorum, iudicialiter ad creditoris inſtantiam abſolutè factam, neque ad inſtrumentum, vel chirographum relatam, paratam intra aliud decennium executionem habere ex vi legis Madritiæ, tali confeſſioni executionis ius tribuentis, vel ex eo verius eſſe conſtat, quod leges Regiæ, debitum temporali præſcriptione excludentes, naturalem obligationem quocumque tempore bona fide agnitam, minimè tollant, ex his, quæ in relata *diſſertat. 8. ex num.* 12. tradidimus. In quo * con-
feſſio differt à recognitione, quæ nihil aliud 65
facit, quam ſe referre ad chirographum, iam per debiti præſcriptionem ipſo iure extinctum, adeóque amplius quam chirographum ipſum operari non debet, ex reg. *l. aſſe toto 77. ff. de hered. inſt.* cum ſimilibus à me relatis *diſſertat. 24. numer. 3.* iuncta alia Tex. *in l. heredes palam 21. §. 1. ff. de teſtam.* quam in ſimili propoſito ex pendebam *dict. diſſertat. 24. numero* 74. at verò confeſſio, vt & ibidem *numero ſeptuageſimo tertio*, monui, ipſa per ſe operatur, ac totum facit. Ex quibus ſic in terminis notarunt Franciſcus Auileſius *cap. 10. Prætorum, verb.* execucion. *numer. 69.* verſic. *Et hoc niſi poſt lapſum*, Did. Perez *in dict. l. 5. titul. 13. libro 3. ordinam. gloſ. 1. poſt med. verſic.* Intellige tamen, *pag. mihi* 1235. Ioannes Gutierr. *in repet. dict. leg. nemo poteſt, ff. de legat. 1. numero* 488. *&* 489. *& dict. libro primo, pract. quæſt. 124. numer. 9.* verſic. *Superiora tamen*, & ex profeſſo magis aduerſus Azeuedum (eius argumentis ſatisfaciens, differentiæque rationem inter confeſſionem, & recognitionem ſubiungens) *libro primo, pract. quæſt. 36. per totam*, maximè *ex numer. 5.* & 8. verſic. *Supereſt modò*, & in terminis ſimilium conſtitutionum, petitioni debiti certas metas præſtituentium, docuit Rebuf. *tomo ſecundo, ad leges Gallicas*, tractatu ſeu titulus *de mercatoribus, minutatim vendent. art. 1. gloſſ. vltim. numer. 12. ſiue in 14. fallentia*, & in fammulorum, * pharmacpolarum, ac ſimilium perſonarum ſa-
lariis, quæ apud nos triennij ſpatium dumta- 66
xat habent, intra quod peti debeant, *l. 9. dict. titul. 15. libro quarto, noua compilat.* idem reſoluunt D. Ferdinandus Menchac. *de ſucceſſ. creat. libro primo, §. 10. numero trigeſimo tertio*, verſic. *Hoc amplius*, Petr. Dueñas *reg. 306. limit. 9.* ſequitur Azeued. ſibi parum conſtans *in dict. l. 6. numero quinquageſimo quarto, & in dict. l. 9. numero quadrageſimo tertio, quadrageſimo quarto, & quadrageſimo quinto*, vbi * confeſſioni quoad hoc
meritò æquiparat nouæ ſcripturæ, etiam ex ea- 67
dem debiti cauſa poſt præſcriptam perſonalem actionem factæ, recognitionem, quæ reuera à ſola confeſſione non differt, & ideò eodem modo executioni tunc mandari poterit.

Ad tertium principale argumentum reſpon- 68
demus, concedendo regulariter maiorem, ex vi argumenti ab ordine litteræ ſumptam, ſi ſcilicet talis ordo menti, & intentioni diiſponentis non refragetur, ſecus ſi illi contradicat, quæ vel ex ſubiecta materia, vel ex nullitate actus ſeruato ordine facti, vel ex perturbato neceſſitatis ordine, vel ex contraria iuris diſpoſitione (cui poſterior legis lator, aut etiam priuatus homo ſe in dubio videtur conformare) vel aliunde colligatur, tunc enim intellectus potius quam ſcripturæ ordo attenditur, iuxta iura ſic accipienda *in l. cum in teſtamento 37. alias 38. §. 1.* (quam poſt Dynum, & Baldum, ad vtilem quæſtionem inducunt

ducunt Angelus num.1.& Imola num.5 ibi) ff. de
hered. inſtit.l.2.§.prius, §.ſed ſi quis, & § ſed & ſi ita,
in fin.illic: Vt non ordo ſcripturæ ſed ordo ſucceſſio-
nis ſpectetur, ff.de vulgari . l. cum pater 77. §. fidei
tuæ,illic : Nam ordo ſcripturæ non impedit cauſam
iuris , ac voluntatis , ff.de legat. 2.l.ſi finita 15. §.ſi
plures 15.verſic.Idemque Labeo , illic : Nam non
ſpectabimus ordinem , ff.de damn. inf.l.in his 5. §.
vltim. iuncta l. nec enim 6. ff.de ſolut. illic : Nec
enim ordo ſcripturæ ſpectatur , ſed potius ex iure ſu-
mitur id , quod agi videtur , cum aliis.Ex quibus
ſic vltra Doctores vtrobique & in locis in arg. ci-
tatis, notarunt , nonnulliſque exemplis illuſtra-
runt ferè omnes ibidem relati, maximè Felin.in
dict.c.cum dilecta,numer.5.Euerat.in locis legalibus,
d.loco 1.ab ordine,num.8.11.12.& 15.Maranta de ord.
iud.d.3.part.à num.109.ad 117.Maſcard. de probat.
d.concluſ.1234.ex num.19.Card.Tuſch.tom.5.lit.O,
d.concluſ.196.ex num.21. & vltra eos Seraphinus
Oliuarius deciſ.Rotæ Roman.24.num.2.part.1.Mel-
chior Pelaez à Mieres de maiorat. 2.partis initio ,
à num.308.Melchior Phœbus deciſ.38.numero 10.
Stephanus Gratianus diſcept.forenſ. tom.3.c. 563.
numero ſexageſimo tertio, & cap.586.numero trigeſi-
mo ſecundo , & trigeſimo tertio , Anton. Cardoſ.
in praxi iudicum , verbo ordo , numero quinto ,
Vincent. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 683. numero
69 ſexto , Vnde * minorem argumenti propoſi-
tionem abſolutè fatemur, nempè in l.63.Tauri,
& ſimili compilat. primo loco ſcriptum , ac diſ-
poſitum eſſe,ius exequendi decennio præſcribi ,
quam de præſcriptione ordinariæ actionis quic-
quam diſponatur. Negamus tamen conſequen-
tiam , quòd propterea ex illius ordinis vi præ-
ſcriptio iuris exequendi chirographum præce-
dere debeat, quia repugnant iuris regulæ ſu-
perius ex numero vigeſimo, ponderatæ , quod ni-
mirum executio chirographo in iure recogni-
to dumtaxat tribuatur,decennij quæ præſcriptio
ipſi tantum exequendi iuri , adeóque neceſſe
ſit , vt & ad executionem , & ad decennij præ-
ſcriptionem ei conceſſam , recognitionis quali-
tas iuxta tempus verbi præcedat cum chiro-
graphum non recognitum exequibile non ſit ,
& quod nondum exequibile eſt , non poteſt ,
ac ſi eſſet , per præſcriptionem extingui , quæ
tantum introducta eſt ad extinguendum aliquod
ius formatum , & in eſſe deductum.Quod ergo
primo loco diſpoſitum eſt circa iuris executiui,
quam circa ordinarij iuris præſcriptionem , tum
non per modum neceſſarij ordinis , & præla-
tionis ita ſtatutum eſt, ſed magis per modum
70 doctrinæ , & exempli gratia , * quo etiam caſu
limitari ſolet illius argumenti vis , quemad-
modum colligitur ex cap. decernimus , 2. illic :
Sed Epiſcopi , Abbates , Archiepiſcopi, & alij Ec-
cleſiarum prælati , extra de iudicijs , vbi notarunt
Card. Zabarella numero tertio , oppoſit. 1. verſic.
Dic ſubtilius , & Ioannes de Imola ſub eodem
numero.Felin.in dict. cap.cùm dilecta , numero quin-
to, Euerard. d.loco 1.numer.15. verſ. Quartò iſtud ,
Marant.d.3.part.numer.113.Tuſch.d. concluſ. 196.
num.vltim.tum deinde , & ſi neceſſarium ordi-
71 nem indicet , id tamen * ex ſupradictis tunc de-
mum procedet , cum eodem tempore oriuntur
actio executiua , & ordinaria , puta ex contra-
ctu contento in publico inſtrumento , quod
ſtatim per ſe executionem habet , vt diximus
numer.44.quo caſu cum præſcriptio iuris execu-
tiui breuiore tempore , nempè decennij conclu-
datur, id primò intelligitur præſcriptum, & ad
perſonalem actionem ſupereſt alterum decen-
nium , iuxta ſuperius tradita numero quinquage-
ſimo ſexto , & ſexageſimo primo , ſecus ſi actio or-
dinaria primo naſcatur, quam executiua, vt ac-
cidit in ea quæ procedit ex chirographario
contractu , quæ ſtatim quidem oritur , cum
executiua pendeat ex recognitione , quæ multo
poſt fieri poteſt , durante tamen vita perſona-
lis actionis , vt & relato numer.44.ac ſeqq. latè
diximus.
Ex quibus planè ceſſat quod pro confirma- 72
tione argumenti dicebatur , nempè ad diluen-
dum illud non probè dici poſſe,ius agendi per-
ſonali actione ex priuata ſcriptura , quemad-
modum, & ipſum exequendi ius , non niſi poſt
eius recognitionem competere, indeque curſum
ſuum incipere; quia nihil tale dicimus, aut ſup-
ponimus, imò totum contrarium , differentiam
in chirographario contractu conſtituentes in-
ter ortum ordinariæ, & executiuæ actionis,quia
illa ſtatim , vel poſt diei, aut conditionis imple-
mentum naſcitur , ex contractu ipſo , quomo-
documque plenè probato , nedum per partis
confeſſionem , aut recognitionem , ſed etiam
per teſtes , qui eius confectioni interfue-
runt , ſiue in chirographo ipſo deſcripti fue-
rint , ſiue non , iuxta iura in argum. addu-
cta , hæc verò nempè executiua actio , iuxta
leges noſtras Regias, dumtaxat ex iudiciali chi-
rographi recognitione , aut debiti in eo con-
tenti confeſſione oritur , nec proinde poteſt
antea vllatenus per præſcriptionem tolli , vel
extingui , vt ſæpe diximus.
Quartum quoque argumentum facili negotio 73
diluitur facili negotio diluitur fatendo maio-
rem,diſtinguendo tamen minorem , nempe pri-
uatam ſcripturam pure factam , & in publicam
formam poſtea redactam,vim executiuam habe-
re , ac ſi ab initio publice confecta fuiſſet , fa-
temur namque in eo ſenſu , qui veriſſimus eſt,
& in quo Doctores in arg. citati loquuntur, vt
apud eos videre eſt , vt ex quo priuata ſcriptu-
ra ad publicam redacta eſt , ita firma ſit, & per
ſe executionis iure gaudeat , ac ſi publica ſem-
per fuiſſet ; nec ad hoc illi noceat priuatæ na-
turæ initium , ſiue ipſa rei origo , * quæ alio- 74
qui non parum in iure attendi ſolet , l.ſi tantum
12. alias 14. in fin. illic : Quoniam initium contra-
ctus ſpectandum eſt , ff. ad S.C. Macedon. l.3.verſ.
Origo enim , Cod.eodem.titul.l. 1. §.idem Pompo-
nius 13.in fine , illic : Quia hic eſt primus contra-
ctus , & §.ſi ſeruus 30.in fin.ff. depoſiti , l. ſi pro-
curatorem 8. in fin. principij , ff.mandati, l.ſi id quod
58.§.ſi filiusfam. verſic. Initium enim ff. pro ſo-
cio , l.clàm poſſidere 6. illic : Non enim ratio ob-
tinendæ poſſeſſionis , ſed origo nanciſcendæ exquirenda
eſt , ff.de acquir. poſſeſſ. l. nam origo 8. ff.quod vi ,
aut clam , cum ſimilibus , relatis à Stephano.
Gratian. diſcept.forenſ.tom.1.cap.43.nu. 32.& tom.
2.c.202.n.15.& cap.273.num.32.& tom.4. cap. 749.
num. 16.& à D. Ioanne del Caſtillo , qui latiſ-
ſime proſequitur , quotid. controuerſ. tom. 6. cap.
155.ex numero 1. Negamus vero minorem in ſen-
ſu , in quo ad argumenti vim adducitur, * nem- 75
pè quod ab initio , quando priuata tantum fuit
ſcriptura , executiuam vim habeat, ob id quod
poſtea in publicam formam redacta fuerit ; nec
enim talis redactio retro operari poteſt , ſed ab
ipſo die , in quo illa facta eſt , vt in ſimili de
ratificatione

ratificatione actus ab initio nulli cum pluri-
bus probauimus diſſertat.14. num.37.& in termi-
nis , licet non ita explicet , ſic rectè præfato ar-
gumento reſpondet Ioannes Gutier.d.lib. 3.pract.
q.35.num.12.in princ.
76 Ad vltimum reſpondemus concedendo ma-
iorem , quando negligentia talis eſt , quæ cul-
pæ adſcribi poſſit puta , in eo admiſſa , quod
iure quis facere tenebatur ad euitandum dam-
num , vt in exemplis illorum iuris locorum , ac
ſimilium , quorum nos in materia impedimenti ,
quod facile quis remouere poteſt ad vitandum
præſcriptionis damnum meminimus diſſertation.
9.numero nono , Quomodo etiam procedit dicta
extrauagans execrabilis , Ioannis 22.de præbend.in-
ter communes, vbi in odium retinentis aut reti-
nere volentis duo incompatibilia beneficia con-
tra iuris prohibitionem , & in animarum non
leue præiudicium , terminus ei ad vnum eli-
gendum , & alterum dimittendum ſtatuitur ,
& intra eum facere negligenti priuationis ipſo
iure incurrendæ imponitur pœna. Secus quan-
do non eſt eius generis negligentia , vt in
77 ſpecie noſtra , nec enim * creditor iure tene-
tur petere recognitionem cautionis priuatæ ,
itavt ob eam non petitam poſſit ei culpa impu-
tari , & ac ſi petiiſſet , & obtinuiſſet (decennij
ad exequendum dati tempus ipſo iure currat ,
quinimo in merum eius fauorem introductum
eſt , vt ſi executionis iure aduerſus debitorem
gaudere velit ipſum ad recognoſcendum com-
pellat , quod Galli garnire vocant , adeóque ex
reg.Text. in l.quod fauore 6.Cod.de legib. cum ſimi-
libus , in eius damnum verti non debet , ſi tali
iure ſibi fauorabili non vtatur , quod intra vi-
ginti annorum ſpatium , quo perſonalis actio
dura , intendere potuit, iuxta latè ſuperius tra-
73 dita ad ſecundi argum. ſolutionem. Maxime *
quia & ſi recognitionem creditor peteret , poſ-
ſet illam non obtinere , cum non ab ipſius fa-
cto tantum penderet , ſed & debitoris , qui
ſuam eſſe ſcripturam negare potuit, & licet id
ſciri nequeat ante petitam recognitionem , non
eo magis ſibi culpa imputari poteſt , qui ſuo
iure fuit vſus , ex reg.Text. in l.nullus videtur 55.
& l.nihil dolo 129. ff. de reg. iur. & in effectu ſic
etiam huic vltimo argumento veriſſime reſ-
pondet Ioan.Gutierr.d.quæſt.35.numero duodecimo,
à verſ. Vltimo non obeſt. Cuius tamen rationem
aliam non probo , qua vtitur in verſ. Quod ſi
79 dixeris , quod nimirum * ex eo ſibi debitor com-
modum parare non debet vllumve ius aduer-
ſus creditorem conſequi , in quo ab eo bene-
ficium accepit non exacto tanto tempore de-
biti , quod ipſe lapſo ſolutionis termino abſ-
que vlla interpellatione ſoluere tenebatur ,
l.magnam 14. Cod. de contrahend.& committ. ſti-
pulat. illa nim ratio per ſe ſumpta parum fir-
mitatis habet , nec enim generalis eſt , ſed re-
ſtricta tantum ad debitum in diem , in quo ne-
ceſſaria non eſt interpellatio , ex d.l.magnam, cui
apud nos conſonat l.8.titulo decimo quarto , parti.
5.cùm alioqui ſi debitum eſſet purum , etſi peti
ſtatim poſſet , ex regul.l.in omnibus 14. ff. de regul.
iur. non tamen debitor moram contraheret ante
petitionem ipſam , vel aliam interpellationem
ſibi factam , l. quod te mihi 5. ff.de rebus credit. l.
mora 32. ff.de vſur.l ſi ex legati cauſa 23. l. inſu-
lam 84.& l. qui Romæ 122. §. cohæredes , verſic.
Quæro , ff. de verbor. obligat.cum vbique notatis ,
l.18. E ſi quando , vbi Gregorius gloſſ. quarta ,
titulo vndecimo , parti.5. Quapropter * creditoris 80
negligentia in id petendo , etiam ante præſcri-
ptionis tempora lapſa , ſaltem in vim præſum-
ptionis illi nocere ſolet , ac debitori proficere,
argument. Tex. in l. Procula 26. ff. de probat. l. ſi
quis fortè 6. in princip. verſ. Nec enim debuit , ff.
de pœnis , & in capite primo , verſ. Quia ſi procla-
mare , extenſ. de frigid. & maleficiat. cum his, quæ
per hæc , & ſimilia iura, vltra Doctores vbique ,
notarunt Alex. conſil. 181. numero decimo nono ,
ante fin. libro ſexto , Pariſ. conſil. 83. numero vi-
geſimo ſeptimo , verſic.Nec præſumendum, & con-
ſil. 137. numero duodecimo , libro quarto , Ioannes
de Neuizanis conſil. 57. à numero ſeptimo , Matth.
Afflict. deciſ. 13. numero vigeſimo primo , verſic.
Nona eſt coniectura , & numer.22. Vincent.Carot.
deciſ.66.numer.9.Menoch.conſ.457.numero 1.vol. 5.
& de præſumpt.lib.2.præſumpt.91.numer. 7. verſ. Ita
quoque , & lib. 3.præſumpt.135. à numero 3.& 19.
Maſcard. de probat. tom.3.concl. 1324. numero 27.
Ant.Hering. de fideiuſſor.cap.20.§.1.numero 86. Eſt
igitur ſuperior ratio longe verior , quod credi-
tor chirographarius iure minime ſit adſtrictus
chirographi recognitionem petere , quæ ſibi ad
executiuam viam proficiat , ſed poſſit pro libi-
to circa illam petendam , vel non dum perſo-
nalis actio durat , amplius deliberare , nec in-
terim executiui iuris nondum nati præſcriptio
currere aduerſus illum valeat , quia ſic in ma-
nifeſtum ipſius damnum cederet , quod in
eius fauorem fuit introductum, & negligenti a
ſibi permiſſa , adeóque culpa vacans , indebite
puniretur.
Ex quibus vice verſa conſequitur , cul- 81
pabilem creditoris chirographarij negligentiam
in eo eſſe , quod poſt legitimam chirographi
recognitionem ad eius inſtantiam per debito-
rem factam , illud ſic recognitum executionis
mandari intra decennium non curauerit , quo
caſu decennij lapſus eodem modo illi nocebit,
ac creditori ex inſtrumento publico , qui illud
intra idem ſpatium executioni tradi neglexerit ,
vt & omnes agnoſcunt , & aduertit Gutier-
rez vbi ſupra. Sed obiter duo hic dubia , quæ
in praxi frequenter occurrunt , excitare , ac
breuiter declarare libet. Primum eſt , per
quem actum huiuſmodi decennij præſcriptio
interrumpatur ? Alterum in quod vſque tempus
ex quo interrupta eſt prorogetur ?
Ad primum porro quod pertinet , præſcri- 82
ptionem iuris executiui per ſolam executio-
nis petitionem , & inſtrnmenti productionem
in iudicio factam intra decennij tempus ad
exequendum datum interrumpi , quaſi lis per
eam videatur conteſtata , docet Michaël Zi-
fontanus ad l.63. Tauri , verſic. Quintò dubita-
tur , quem referunt , & ſequuntur Gomezius
Legionenſis in centuria informationum facto 82.
numero primo,& ſecundo, Azeued. in l.6.tit.15.lib 4.
nouæ compilat. numero 39. Quorum primus mo-
uetur ex doctrina Bart. conſil. 36. volum.1. vbi
in terminis ſtatuti ciuitatis Aſſiſij (quo ca-
uetur , quod omnia , & ſingula inſtrumenta
facta à decem annis retro , de quibus non eſ-
ſet petita , nec facta executio , ſint caſſa , &
irrita,& exequi non poſſint) reſoluit Bart. nu.2.
verſ.Concluditur ergo, videri executionem factam
cum fieri cœpta eſt , licet non ſit perfecta in-
tra illos decem annos , atque ita remanere in-

 ſtrumentum

ſtrumentum validum, vt continuari poſtea exe-
cutio valeat. Quod & ipſum eadem Bartol. do-
ctrina nixus tam dict. conſ. 36. quam in l. is qui
Reipublicæ 39. (vbi eam repetit numero ſecundo,
tertio) ff. ex quibus cauſis maior. voluit Ioſephus
Cumia in ritus magnæ curiæ Regni Siciliæ, capite tri-
geſimo ſeptimo, numero vigeſimo quarto, dum docet
ſufficere ad interruptionem præſcriptionis de-
cennalis, quod executio fuerit ſcripta apud
acta, etiam abſque citatione, vel alio actu. Cæ-
teri vero mouentur ex alia eiuſdem Bartol. do-
ctrina in l. ſi quis ſtipulatus 57. numero quarto, ff.
de ſolut. qui in hæc verba loquitur. Et per hanc
ſolutionem dico, quod inſtrumentis confeſſionatis, &
continentibus guarentigiam, quæ habent executionem
paratam, ſicut ſententia, ſi ibi vnum venit in obli-
gatione, aliud in ſolutione, durat facultas ſoluendi donec
petatur executio illius inſtrumenti, vel magis propriè
donec fiat litis conteſtatio vel quaſi conteſtatio ſuper il-
la executione, quò loci Bart. quod dixerat donec pe-
tatur executio illius inſtrumenti, videtur declarare
per verba ſequentia, vel magis propriè (ſcilicet lo-
quendo) donec fiat litis conteſtatio, vel quaſi con-
teſtatio ſuper illa executione, atque ita ſignificat,
in executiuis ſolam petitionem executionis ha-
bere vim litis conteſtationis, quomodò eum in-
tellexit Baldus ibi, numero primo, ſic inquiens,
& dicit Bartol. quod in cauſis inſtrumentorum confeſ-
ſionatorum ipſa productio cum petitione executionis
ipſius, habet vim litis conteſtationis, quod no-
ta.

83 Contraria tamen ſententia longe verior eſt,
quam aduerſus ſuperius relatos defendit rectè
Gaſpar Rodericius de annuis redit. libro ſecundo,
quæſt. 9. numero 70. & proſequitur latè D. Valen-
çuela conſ. 21. ex numero ſecundo, vltra alios ipſis
relatos, & à nobis aptius ad ſequens dubium
referendos. Cuius ſententiæ potiſſimum funda-
mentum in eo eſt quod, & ſi in ordinariis iudi-
ciis ſolemnis libellus offerri debeat, Auth. de
exhib. reis, §. illud quoque, verſ. Sancimus, collat.
5. Auth. offeratur (inde ſumpta) Cod. de litis con-
teſtat. c. induciæ 4. §. offeratur 4. quæſt. 3. cap. 1. de libel-
li oblat. cap. quoniam contra 11. iuncta gloſ. verbo pe-
titiones, de probat. l. 40. tit. 2. part. 3. l. 1. in princip. il-
lic. Aya de preſentar ſu demenda, tit. 2. libro
quarto, noua compil. & vtra ordinarios vbique
proſequuntur optime Marant. de ord. iudicior. 6.
part. membr. 3. iudicij de libelli oblat. ex numero primo,
Didac. Perez in l. 11. gloſſ. 1. per text. ibi titulo primo
libro tertio ordinam. Matiençus in dialogo relatoris,
3. part. cap. 45. Gundiſal. Paz in praxi, 1. part. tom.
1. 4. temp. ex numero ſecundo, atque alij congeſti
ab Auguſtino Barboſa in collectanea ad Text. in d.
cap. 1. de libelli oblat. numero ſecundo, adhuc tamen
* ſola eius oblatio non ſufficit ad præſcriptio-
84 nem interrumpendam, niſi ſubſequatur con-
uentio, ſeu citatio alteri parti per executorem
ad id per iudicem miſſum, vel aliter facienda,
iuxta iura ſic accipienda in l. ſicut 3. verſ. Nec
ſufficiat, illic: Aut in iudicio poſtulatione depoſita,
fuerit ſubſecuta per executorem conuentio, & l. cum
notiſſimi 7. in princip. illic, Si non interruptum erit
ſilentium, vt lege cautum eſt, id eſt etiam per ſolam
conuentionem, Codic. de præſcript. 30. vel 40. annor.
cum his, quæ vltra gloſſ. & Doctores, vbique,
notarunt Iaſ. in §. pœnales numero 120. inſtitut. de
act. Franciſcus Balb. de præſcript. 3. part. 6. principalis,
quæſt. 4. numero decimo quarto ampliat. 5. & numero
24. verſ. Et quod ſola, ac nouiſſime poſt plures
alios Petrus Barboſa ſic explicans in d. l. ſicut
numero 253. iuncto numero 241. in fin. & in d. l. cum
notiſſimi, numero quadrageſimo quinto, verſ. Sed
verius, ac numero 46. Multo igitur minus * ſo- 85
la petitio, alteri parti non intimata, ad præſ-
criptionis interruptionem ſufficiet in executiuis
in quibus cum non iure actionis, ſed ex iudicis
officio procedatur, ſolemnis non exigitur libel-
lus parti alteri intimatus, vt nec in quibuſuis
ſummariis iudiciis, Clem. ſæpe 2. in princip. verſ.
Nos autem, de verbor. ſignif. ſed per viam actus
executio poſtulatur, ac per iudicem decernitur
etiam ſine citatione, vt notarunt Speculator li-
bro ſecundo, tit. de execut. ſent. §. breuiter 5. in prin-
cip. Bart. in l. intra dies 7. numero primo & ſecundo,
ff. de re iud. Iaſon. in l. ſi cum dotem 23. § eodem au-
tem tempore, numero ſexto, ff. ſoluto matrim. ac
poſt alios Rebuf. tom. 1. ad leges Gallicas, tract. de
litter. obligator. art. 6. gloſſ. 3. numero tertio Marant. de
ord. iudic. 6. p. in 3. & vlt. actu de execut. numero 8. &
17. Gundiſ. Paz in praxi, 4. part. tom. 1. cap. 2. nume-
ro primo, iuncto numero 43. D. Valençuela d. conſ.
21. numero 3.

Nec contrarium imo idem ipſum voluit Bart. 86
d. conſ. 36. numero primo & ſecundo, volum. 1. & in d.
l. is qui Reipublicæ, numero ſecundo & tertio ff. quibus
ex cauſis maior. aperte namque vbique ſupponit,
dedum inſtrumenti productionem, & executio-
nis petitionem intra decennium fuiſſe factam,
ſed & debitorum citationem ſolemniter ſubſe-
cutam, adhibitumque iudicis præceptum, vt
coram eo comparerent ad recipiendum præcep-
tum de ſoluendo, & ob contumaciam in non
comparendo admiſſionem in poſſeſſionem ad-
uerſus eos deuentum fuiſſe, atque ita docet,
quod cùm eo modo cœpta ſit executio, licet
non perfecta, ſatisfactum fuit ſtatuto, irri-
tum reddenti inſtrumentum, ex quo intra
decennium non ſit petita, & facta executio,
quia in his, quæ non habent certam, & de-
terminatam formam, id quod legitimo modo
cœptum eſt, pro facto, & completo habetur,
vt latè idem Bartol. proſequitur, & probat.
Planè igitur vult Bartol. ad executionis ini-
tium, & vt via executiua interrupta dicatur,
ſaltem requiri debitoris citationem. Idque
etiam non obſcurè ſignificat in dict. l. ſi quis ſti-
pulatus 57. numero quarto, ff. de ſolut. dum quod
ibi traditum eſt, per iudicialem petitionem,
amitti facultatem ſoluendi, alioqui debitori
competentem (quòd de petitione ab altera par-
te contradicta, ſiue de litis conteſtatione, om-
nes rectè intelligunt, hæc eſt enim eius verbi
ad iudicium relati potiſſima ſignificatio, l. am-
plius non peti 15. iuncta gloſſa verbo iudicium. &
communi, ff. rem ratam haberi, notant Iacobus
Spiegelius, & cæteri lexicographi verbo pete-
re verbum) ad inſtrumenta applicat confeſſio-
nata (vt vocat) quæ inſtar rei iudicatæ exe-
cutionem habent, vt ſi in eis vnum veniat in
obligatione, & aliud in ſolutione, ſoluendi fa-
cultas duret donec petatur executio huiuſmodi
inſtrumenti, idque explicans ſubiungit, vel ma-
gis propriè donec fiat litis conteſtatio, vel quaſi con-
teſtatio ſuper illa executione, per conteſtationem
namque, vel quaſi conteſtationem intelligi eos
actus, qui conteſtationis, vel quaſi conteſtatio-
nis vim obtinent. Porrò quaſi conteſtationis obti-
net vim libelli oblatio ſeu petitio, alteri parti in-
timata, vt diximus, vel etiam aduerſus præſentem
partem

87 partem facta * quæ & ipſa ſufficit ad præſcrip-
tionem interrumpendam in quibuſcumque iudi-
ciis ſiue ordinariis, ſiue executiuis, quia tantum
operatur præſentia partis in iudicio, quantum
citatio, elegans Text. in l. etiam ſi, parte vigeſima
nona, §. fin. illic: Nemine de creditoribus paternis
præſente, vel ad agendum à Præſide euocato, ff. de mi-
noribus facit & Text. in l. in cauſæ decima tertia, §.
cauſa, illic: Præſentibus aduerſariis ff. eodem titul.
in l. cum oſtendimus quarta §. fideiuſſores tertio,
illic: Si præſentes fuerunt, & non contradixerunt,
ff. de fideiuſſoribus tutor. in l. heredes palam vigeſima
prima, §. in teſtamentis, illic: Licet ad aliam rem
ſint rogati, vel collecti, ff. de teſtament. in l. de
vnoquoque quadrageſima ſeptima, ff. de re iudic. &
in capite ſecundo, illic: Te præſente, nec reclaman-
te, de accuſat. in 6. Ex quibus ſic in terminis no-
tarunt Speculator libro quarto, titul. de libello-
rum concept. §. ſequitur videre 13. numero nono,
verſ. Ego dico, & poſt Guilielmum de Cuneo, &
alios antiquos Bartol. numero primo, apertiùs
Bald. numero ſecundo, & latiſſime Iaſon per
plura comprobans a numero primo, verſic. Tu te-
ne, in l. 1. ff. de in ius vocando, & in l. ex hoc edi-
cto tertia, ſeu final. numero quinto, extenſ. 1. ff. de
eo, per quem factum erit, Felin. in capite illud 8.
numero octano, verſic. Et pro hoc addit, extenſ.
de præſcription. Franciſcus Balbus de præſcription.
tertia part. tertiæ, & vltim. partis, quæſt. quarta,
princip. numero nono. Montaluus in lege ſeptimo,
verbo querelleſe, verſic. Per productionem ta-
men, & verbo interrumpitur etiam, titulo vn-
decimo, libro ſecundo, fori, Petrus Barboſa ad l.
cum notiſſimi 7. in princip. numero quadrageſimo ſe-
ptimo, Codic. de præſcript. triginta, vel quadraginta,
88 ann.
Sed nec indiſtinctè verum eſt, ſolam ſuffice-
re citationem, ad interrumpendam ciuiliter præ-
ſcriptionem ne vlterius progrediatur, ſed ali-
quando etiam litis conteſtatio deſideratur, l.
motæ litis vigeſima ſexta, Cod. de rei vendic. l. ne-
mo, decima, verſ. Interpellatione, Cod. de acqui-
rend. poſſeſſ. l. fin. verſ. Otroſi por tal comenza-
miento, titulo decimo, parte tertia, id quod latè
proſequuntur, & explicant Azo in ſumma, Cod.
de annali except. numero ſecundo, & tertio, Anto-
nius Butrius numero ſeptimo, poſt medium, verſ.
Ciuilis autem, Abbas Panormitan. numero vnde-
cimo, Felin. à numero ſecundo, & cæteri com-
muniter in dict. capite illud 8. de præſcript. optimè
poſt alios Iaſon à numero 122. ad 126. Ioannes
Oinotomus numero ſeptuageſimo ſeptimo, in §. pœ-
nales, inſtitut. de act. Franciſcus Balbus de præ-
ſcriptiou. tert. part. ſext. & vltim. partis princi-
palis, quæſtione quarta, princip. numero quarto, cum
ſeqq. ac poſt cæteros Ioannes Oroſc. in dict. l.
finali, in princip. à numero tertio, ff. de eo per. quem
factum erit, & in l. 1. §. ſed excipiuntur, numero pri-
mo & ſecundo ff. de fer. Dominus Præſes Couarr.
in regul. poſſeſſor. 2. part. §. 12. numero quarto. Do-
min. Antonius Padilla in lege ſecunda, à numero
ſeptuageſimo ſecundo, Cod. de ſeruitut. & aqua,
Pater Molina de iuſtit. & iur. tractat. ſecundo,
diſputat. ſeptuageſima octaua à numero vndecimo,
& poſt plures alios Petrus Barboſa in d. l. ſicut
Cod. de præſcript. trigeſimo vel quadrageſimo, an-
nor. à numero 252. & vltra eos Gaill. practicarum
obſeruat. libro primo, obſeruat. ſeptuageſima quarta,
numero vigeſimo, vigeſimo primo, & vigeſimo ſecun-
do, nouiſſime Andreas Vallenſis in paratitla
ad Decretales, libro ſecundo, titulo vigeſimo ſexto,
de præſcript. §. 2. numero quarto, cum aliis infra.
Quanquàm indiſtinctè iure etiam ciuili ſolam
ſufficere citationem ad quamcumque præſcri-
ptionem interrumpendam, per Text. in dict. l.
ſicut, in d. l. cum notiſſimi, & in lege ſecunda, C.
de annali exception. voluerit Conanus libro tertio,
comment. capite decimo quarto, numero octauo, cu-
ius ad hoc meminit Oſualdus Hilligerus alios
congerens in notatis ad Donellum libro quinto, com-
ment. capite vigeſimo primo, litter. F, verſic. Ho-
die autem, idque apud nos probatum videatur
in lege vigeſima nona, verſ. Otroſi dezimos, que
ſi alguno, titulo vigeſimo nono, part. tertia, dum
ea lex indifferenter ſiue per citationem, ſiue
per litis conteſtationem præſcriptionem inter-
rumpi conſtituit, illic: Le fizieſſe emplazar ſobre
ella por carta del Rey, o del juzgador, o por portero,
o gela ouieſſe demandado en juyzio, per quem
Text. id licet ſub dubio notat Gregorius Lo-
pez ibi gloſſ. tertia, verſic. Et fortè dicendum,
quem refert, & ſequitur Pater Molina dict.
diſputat. ſeptuageſima octaua, numero decimo ſeptimo.
Vtrumque enim falſo nititur fundamento. Pri-
mum quia iura illa ſpeciales continent caſus,
vltra quos minimè ſunt trahenda, ad aliorum iu-
rium correctionem, ex regul. Text. in l. ius ſingu-
lare decimo quinto ff. de legibus cum ſimilibus. Alte-
rum, quia & Partitarum leges ita ſemper inter-
pretandæ ſunt, vt iur. communes leges non cor-
rigant, ſed iuxta eas, earumque diſtinctionem
accipiendæ ſint, vt aliàs obſeruat idem Grego-
rius Lopez in lege nono, gloſſ. tertio, titulo decimo
tertio, partit. ſexta, & nos ex pluribus aliis
comprobauimus diſſertat. decima nona, numero qua-
drageſimo tertio, ergo & in terminis dict. leg. vi-
geſima nona, idem dicendum eſt, vt aduerſus Gre-
gorium ibi, longè verius defendunt Padilla in
dict. lege ſecunda, Cod. de ſeruitut. numero ſeptua-
geſimo ſexto, Petrus Barboſa in dict. l. ſicut, nu-
mero 279. Quomodo etiam accipiendam cenſeo
d. legem 7. cuius illi non meminere in verſ. On-
de eſtablecemos, titulo vndecimo, & libro ſecun-
do fori, vt colligitur ex traditis à Montaluo ibi,
verbo, o emplazele, verſ. Item ſit interruptio, Apud
relatos vero & illud videre eſt quid in hac in-
terruptionis materia iure Pontificio obtineat,
& in praxi apud nos in foro ſeculari ſeruan-
dum ſit, quod latius nunc diſputare non vacat.
Maneat itaque ad interrumpendam ciuiliter
præſcriptionem in iudiciis, etiam ſummariis, 89
& executiuis, ſaltem citationem neceſſariam
eſſe vt & in ordinariis, ac plenariis neceſſariam
eſſe diximus, & aliquando etiam litis conte-
ſtationem. Cuius vim in executiuis, & ſumma-
riis obtinet primus actus repugnans, & contra-
dicens, qui cauſæ merita concernat, puta rei
oppoſitio executioni facta, aut qui poſt litis
conteſtationem ſequi ſolet, vt dilatio ad pro-
bandum, atque adeo per talem actum, quaſi
per litis conteſtationem cenſebitur præſcriptio
interrupta, vt ex Aretino reſoluit Balbus de
præſcript. d. 3. part. 6. & vltim. part. numero 32. &
ex aliis Marant. de ordin. indic. 4. p. diſt. 9. nume-
ro vigeſimo, & 6. p. in 10. & vlt. memb. de lit. con-
teſtat. vbique in verſ. Quo caſu, & actu 4. depoſi-
tione, numero quarto, Petrus Phollerius in tract.
de cenſib. ad fin. §. quæ quidem executio, numero tri-
geſimo ſexto, Ioan. Garcia de expenſ. cap. 9. nume-
ro 82. & 83. Ioſephus Cumia in ritus Siciliæ, capit.
4. nume

4. *numero vigeſimo primo, & vigeſimo ſecundo, & c.* 17. *n.* 101. *& capite trigeſimo ſeptimo, numero octogeſimo quarto*, Caſpar Rodericius *de reditib. dict. libro ſecundo, quæſtione nona, numero ſeptuageſimo, poſt medium* verſ. *In executiuis autem* Gundiſaluus Paz *in praxi tom. primo, tempor. 6. numero ſeptimo*, D. Valençuela, plures alios cumulans, *dict. conſil.* 21. *à numero quarto, ad* 9. D. Franciſc. Salgado, *de Reg. protect. 4. part. capite ſecundo, numero* 55.

90 Iuxta quam veriſſimam reſolutionem ſequens caſus deciſus eſt in Hiſpalenſi Senatu me iudice 24. die Februarij anni 1613. Cum enim Ludouicus de Sotomayor, ciuis Aſtigienſis, alteri Aſtigienſi ciui ad certam pecuniæ quantitatem per publicum inſtrumentum obligatus eſſet, eiuſque virtute creditor aduerſus Ludouicum illum, Hiſpalim ad aliquot ipſius negotia peragenda profectum, executionem coram ordinario iudice Aſtigienſi, inſtante iam decennij, ad exequendum ſibi competentis, fine petiiſſet, eiuſque rei mandatum obtinuiſſet, ac ſimul requiſitorias litteras ad ordinarium iudicem Hiſpalenſem, vt illum ad addictionis ſententiam citari faceret; huiuſmodi quidem litteræ lapſo iam decennio coram iudice productæ fuere, qui illas ad exitum perduci iuſſit, citatus autem Ludouicus ab hoc iudicis decreto ob id, quod poſt decennij lapſum, atque ita exequendi iure iam præſcripto emanaſſet, nec proinde citatio ſibi poſtea facta quicquam operari poſſet, Hiſpalenſem prouocauit Senatum, in quo decretum ipſum ex ſupradictis reuocandum cenſuimus. Nec Senatum mouit, quod ante decennij lapſum requiſitoriæ litteræ ad Ludouicum citandum decretæ fuiſſent, atque ita per eas decennij præſcriptio interrupta videretur, quippe quam Doctores communiter non minus interrumpi docent per executoris miſſionem, quam citationem ipſam. Id enim ceſſat ex his, quæ ad ſequens dubium aptiùs dicentur.

Deciſio incidens Hiſpalenſis Senat.

91 Ad ſecundum dubium breuiter reſpondemus differentiam eſſe conſtituendam inter præſcriptionis interruptionem per ſolam citationem factam, & eam, quæ fit per litis conteſtationem, illa enim aufert omne tempus ante elapſum, & nouæ præſcriptioni iuxta antiquam actionis naturam locum facit, itaut præſcriptio interrupta amplius non procedat, niſi denuo inchoetur, & tunc neceſſarius ſit totus ille curſus temporis, qui primo requirebatur, quomodo procedunt *dict. l. ſicut, & dict. l. cum notiſſimi, Codice de præſcript. triginta vel quadraginta annor.* ac ſimilia iura, ſolam citationem deſiderantia. Hæc vero interruptio,
92 * quæ per litis conteſtationem contingit, actionem qualiſcumque vitæ, etiam breuiſſimæ, in quadraginta annos perpetuat ob eam cauſam proprius perpetuatio dicta, elegans Tex. *in l. fin. Codice illo titul. de præſcript. trigeſimo, vel quadraginta, annor.* vbi de litis conteſtatione tantum ſermonem eſſe tam ex legis principio perſpicuum eſt, illic: *Suos obnoxios in iudicium vocantes, & iudiciariis certaminibus ventilatis*, quam ex verbis illis. *Sed licèt perſonalis actio ab initio fuerit inſtituta, eam tamen in quadrageſimum annum extendimus, cum non ſimilis ſit qui penitus ab initio tacuit, ei qui & poſtulationem depoſuit, & in iudicium venit, & ſubiit certamina, litem autem implere per quoſdam caſus præpeditus eſt*, & apertius *in verſ. vltim. in fin.* illic: *Ex quo nouiſſima proceſſit cognitio, poſtquam vtraque pars ceſſauit*, quod & conſtat ex *l. 1. §. ad hæc, verſic.* Exceptis omnibus actionibus, *Cod. de annali except. cap. placuit 15. §. hæc de præſcriptionibus decennij, verſic.* Si per litis conteſtationem, 16. *quæſt.* 3. & in terminis hanc differentiam obſeruarunt *gloſſ. verbo* extendimus, *verſ.* Sed nos dicimus, *& gloſſ. fin.* ac ferè omnes *in dict. l. fin. Codice de præſcript.* 30. Bartolus & Paulus Caſtrenſis *numero quinto*, Alexand. *numer.* 11. verſic. *Sed contrarium*, & cæteri magis communiter *in l. fin. ff. de eo per quem factum erit*, vt teſtantur Iaſ. *ibi, numero tertio*, idem *in l. nam poſtea 9. §. ſi is, qui temporali, numero ſecundo, ff. de iureiur. & in l. 1. numero ſeptimo, Cod. quando libellus Principi oblatus, & in §. pœnales, numer.* 110. 111. & 112. vbi etiam Oinotomus *numero ſeptuageſimo octauo, inſt. de action.* ac rurſus *conſil.* 34. *numero ſexto, l. 6. 1.* Guido Papæ *deciſ.* 416. *numero ſexto*, Philipus Corneus *conſil.* 180. *numero quarto, & quinto, libro tertio*, Ripa *in l. nemo poteſt, numer.* 118. *ff. de legat.* 1. Franciſc. Balbus *de præſcript. 4. part. 6. & vltim. partis numero primo, ſecundo, & octauo*, Tiraquel. *de retractu conſanguinit. §. 1. gloſſ. 10. numero ſeptuageſimo quinto, & ſeptuageſimo ſexto*, Rebuf. 2. *tom. ad ll. Gallic. tract. de reſciſſ. contractuum, artic. vltim. gloſſ. decima nona, numero decimo quarto, & temo tertio, tract. de dilat. artic. 5. gloſſ. vnic. numero decimo*, Rodericus Suarez *ad l. poſt rem iudicatam, notab. 2. §. conſidera vltimò, numero quinto, ff. de re iudicata*, Dominus Couarru. quanquam non ſatis conſtanter, *in reg. poſſeſſor. 2. part. §. 12. numero ſexto, & ſeptimo*, Petrus Dueñ. *reg. 6. limitat. 2.* verſic. *Vnum tamen*, Didacus Perez *ad l. 1. titul. 3. libro tertio, ordinam. gloſſa primo, quæſt. 5. in 2. & 4. effectu*, Parlador. *libro primo rer. quotid. capite primo, §. 13. numer. vltim.* (vbi nominatim in iure exequendi loquitur) & §. 14. *numero quarto, & ſexto*, Ioannes Gutier. *de iuram. confirmat. 3. part. capite primo, numero primo*, Ioſeph. Cumia *in ritus magna curia capite trigeſimo ſeptimo, numero vigeſimo ſecundo*, Petr. Barboſa *in dict. l. ſicut, numer.* 282. *& in dict. l. cum notiſſimi, §. imò, numero vigeſimo ſexto, vigeſimo ſeptimo*, & latius *in dict. l. ſin. à numero ſecundo, ad 14. Codice de præſcript. trigint. vel quadragint.* & qui ſimiliter in exequendi iure nuncupatum loquuntur Volañus *in curia Philippica 2. part. §. 1. numero duodecimo*, & Dominus Franciſc. Salgad. *de Reg. protect. 4. part. capite ſecundo, numero quadrageſimo nono, quinquageſimo, & quinquageſimo primo*, Qui ferè omnes quoad primum effectum planè æquiparant citationem, & executoris miſſionem, quod in caſu illo deciſionis Hiſpalenſis, cuius *numero nonageſimo*, mentionem fecimus, difficultatem aliquam ingeſſit; meritò tamen Senatum non mouit, quia præfati Doctores in æquiparatione illa proculdubio ſenſerunt de executionis miſſione effectum habente, ob citationem reuera ab executore factam; hunc enim modum gratia exempli tantum referunt, vt oſtendant, citationem ad interruptionis effectum per executorem vel ſimili alio modo faciendum eſſe, vt tradunt, & explicant relati à nobis ſup. *numero octogeſimo quarto*, maximè Petr. Barboſa ibidem commemoratus, qui *numer.* 242.

numer. 242. in dict. l. ſicut, pro regula ex eo textu ſtatuit, ante citationem executam non interrumpi præſcriptionem. Idque patet, quia Doctores omnes ad effectum illum non quamcumque citationem requirunt ſed quæ ſpecialis, ac certa ſit, & citatum, de lite ſibi mota certum reddat, iuxta *Clem. 2. iuncta gloſſ.* verb. ad partem, *& communi, vt lite pendente*, quæque valida omnino ſit, nec aliquem defectum patiatur, vt reſoluunt poſt alios Iaſon. *in l. fin. numero ſexto. in 3. & 6. limit. ff. de eo per quem factum erit*, Guid. Pap. *dict. deciſ. 416. numero ſecundo, verſic.* quod intelligo, *& deciſ. 488. per totam*, Balbus *de præſcriptione 3. part. ſexto, & vltim. part. quæſt. 4. numero vigeſimo tertio*, & *vigeſimo ſeptimo*, Tiraquel. *de retra. conſangu. §. 8. gloſſa ſecunda, numero tertio, quinto, & ſexto*, Andrea Gail. *dict. libro primo, obſeruationum ſeptuageſimum quartum, numero vigeſimo primo*, Padill. *in dict. l. 2. numero octogeſimo, Codice de ſeruitutib.* Ioſeph. Gumia *d. capite trigeſimo ſeptimo, n.* 23. Petr. Barboſa *in dict. l. ſicut, numer.* 266. Quinimo vbi commiſſio nuntio facta eſt ad citationem faciendam, illud amplius communiter Doctores deſiderant, vt citationis relatio, ac fides iudici facta ſit, eaque in ſcriptis redacta, nec antea cenſeatur interrupta præſcriptio, vt videre eſt apud Ancharr. *in dict. Clem. 2. in fin. vt lite pend.* Alexand. *numero duodecimo*, & Iaſon. *numero ſexto, limit. 5. in dict. l. fin. ff. de eo, per quem factum erit*, eundem Iaſon. *in dict. §. pœnales, numer.* 129. Hippol. *ſing.* 346. *numero ſecundo*, Balbum *dict. quæſt. 4. numero vigeſimo quinto, & vigeſimo ſexto*, Anton. Rubeum *in l. non ſolum, §. morte, numer. 545. ff. de noui oper. nunc.* Andrea Gail. *dict. numero vigeſimo primo*, quanquam contrarium, nempe ſufficere, quod citatio reuera per nuncium facta fuerit, vt ex tunc interrupta præſcriptio cenſeatur, cum aliud iura non requirant, longe verius ſit, vt volunt Guid. Pap. *vbi proximè*, maximè *dict. deciſ. 488. in fin.* qui ſimplicem tantum citationem exigit, Claud. *in dict. §. morte, numero* 115. Iacobus Put. *deciſ.* 385. *numero ſexto*, verſic. *Quia ſola citatio, libro tertio*, apertius Barboſ. *in dict. l. ſicut, numero vigeſimo*, Nec communem ſententiam iuuat *l. hac autem 5. §. non defendi*, illic: *Conſtare debet, liquereque Prætori, ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat.* quia tantum procedit ad conſtituendum quem in contumac. itaut in eum, velut verè contumacem procedi valeat, vt docet, & exemplificat rectè Bart. *ibi numero ſecundo*. Quod autem citatio reuera interuenire debeat ad præſcriptionis interruptionem nemo dubitat. Ita igitur ſanè intellecti qui citationem, & executoris miſſionem ad eum effectum parificant, reprehenſione digni non ſunt, quam in eos iacit Dominus Valençuel. *dict. conſil. 21. numero decimo ſeptimo*, quaſi voluerint, ſufficere citationis decretum, licèt non executum. quod ab eorum mente longè abfuiſſe ex nuper obſeruatis planiſſimum eſt.

93 Nec ſecundus interruptionis, per litis conteſtationem contingentis effectus, actiones quaſcumque perpetuandi in quadrageſimo, ann. hodie apud nos ceſſauit *per l. 63. Tauri*, vt putauit Anton. Gom. *ibi numero tertio*, dicens iam hodie ex ea l. ſublatam eſſe perpetuationis actionum materiam, ex eo motus, quod cum lex illa nedum perſonali actioni, ſed & executoriæ ſententiæ ſuper ea latæ viginti annor. metas præſtituat, multo minus admittet tam prolixi temporis ſpatium, nempè quadraginta annor. ob ſolam litis conteſtationem. Quia ſinguaris hæc Anton. Gom. ſententia meritò à cæteris Regnicolis neglecta eſt, qui illa lege non obſtante, adhuc perpetuationem hodie per litis conteſtationem admittunt, vt apud ſup. relatos videre eſt, apertiuſque eam ſententiam explodunt Parlad. *dict. libro primo, rerum quotidianarum, capite primo, § decimo quarto, numero ſeptimo*, Doct. Iacobus Valdeſius *ad Rodericum Suar. in dict. l. poſt rem, notab. 2. §. conſidera, littera C*, verſic. *Contra Antonium*, Pet. Barboſ. *in l. fin. à numero quadrageſimo quarto, Codice de præſcript. trigeſimo, vel quadrageſimo*, quia longè diuerſus caſus eſt qui proponitur in ea *l. fin*, cum videlicet actio deducitur in iudicium, & lis inter partes ventilatur, quo caſu æquum eſt, eius præſcriptioni, ita interruptæ tam longum impartiri tempus, cum interea multa ſoleant accidere, propter quæ lites ad debitum finem perduci nequeant, vt ibi diſſerte Iuſtin. pro ratione ſubiicit, ab eo de quo agit lex Taurina, quando lis iam eſt finita per ſententiam, ſuper actione latam; in qua ſanè ſpecie cum nihil ſit impedimento, quominus actor ſuum ius proſequatur, meritò coanguſtata fuit actionis vita; quam diuerſitatis rationem aduerſus Domin. Couarru. aliter ſentientem *in dict. regul. poſſ. 2. part. §. 11. numero ſecundo*, verſ. *Supereſt modò*, primus conſiderauit Menchac. *de ſucceſſ. creat. libro primo, capite decimo, numero trigeſimo ſecundo*, cui acceſſit Did. Perez *in l. 3. titul. 13. libro tertio, ordin. gloſa prima, §. eſt deinceps notandum*, & vtrumque ad illam commendat Parlad. *dict. §. 14. numero octauo*, ſolum autem Menchacam Barboſ. *dict. l. fin. numero quadrageſimo ſexto*, Qui *numero quadrageſimo ſeptimo*, aduerſus P. Mol. *dict. diſputat. 7. numero ſeptuageſimo*, ſimile notat circa Regiam ordinationem Luſitanam *libro quarto, titul. 80. §. 2.* (*al. titul. 79. §. 1.*) vt dum ſtatuit, præſcriptione interrupta, tantumdem temporis actioni in iudicium deducendæ ſupereſſe, quamtum ab initio competebat, non tollat perpetuationem in quadraginta annor. ſi per litis conteſtationem lis fuerit interrupta, vt malè P. Moli. opinatus eſt, ſed tantum loquatur de interruptione, quæ fit per citationem, quæ actionem, vt diximus, non perpetuat, ſed nouæ præſcriptioni iuxta antiquam actionis naturam locum facit.

Ex quibus omnibus longe minus dubitabilis viſus eſt alter caſus qui ad Hiſpalenſem Senatum delatus eſt, ibique deciſus me Iudice decimo ſeptimo die Decembris anno 1619. cum ad Granatenſem iam promotus eſſem, nam cum Didacus Ruyz de los Santos vicinus oppidi de Caçorla per publicum inſtrumentum anno 1609. obligatus eſſet Franciſco Molinæ Muñoz eius loci incolæ ad ſummam ſeptingentorum fermè ducatorum, pro totidem ab eo acceptis, & ſex annis elapſis à tempore confecti inſtrumenti, nempe anno 1615. Franciſcus Molina coram ordinario iudice Caçorlæ inſtrumentum ipſum produxiſſet, eiuſque virtute executionem aduerſus Didacum tunc abſentem, eiuſque bona executionem petiiſſet, ac decerni ſibi obtinuiſſet vlterius autem iudicium hoc proſecutus non eſſet 94

Deciſio incidens Hiſpalenſis.

eſſet quia Didaci perſeuerarit abſentia; poſtmodum anno 1627. cum iam domicilium ſuum Didacus Hiſpalim tranſtuliſſet, ibi cum vxore, & filiis vltra decennium commoratus (quæ ſola decennij commoratio, & ſi reliqua deficerent, ſufficiebat ad domicilij translationem inducendam, iuxta l. 2. Cod. de incolis libro decimo, cum traditis à gloſſ. Bart. & omnibus ibi, Balbo de præſcript. 5. p. quintæ principal. quæſt. 14. Boer. deciſ. 260. numero nono, Gail. pract. obſeru. libro ſecundo, obſeru. 34. numero ſeptimo, ac poſt plures alios Menoch. de arbitr. libro ſecundo, caſ. 86. numero 15. Rol. à Val. conſ. 79. numero 53. vol. 3. Burſat. conſ. 36. numero ſeptimo & octauo, Maſcard. de prob. tom. 1. concluſ. 535. numero ſexto, ſeptimo & octauo, idque apud nos conſtat ex l. 33. verſ. la ſetena, vbi & poſt alios notat, & explicat Gregorius Lopez gloſſ. duodecima, titul. ſecundo, part. tertia, & l. 2. verſic. La dozena, vbi idem Gregorius gloſſ. fin. circa fin. verſ. Et in dubio, titul. vigeſimo quarto, part. 4. Barboſ. in l. heres abſens 19. §. proinde, in art. de foro rat. orig. numero quadrageſimo tertio, & §. fin. à numero 103. de iudiciis) Franciſcus executionis iudicium proſequi volens, requiſitorias litteras ab ordinario iudice Caçorlæ petiit ac obtinuit ad Iudicem Hiſpalenſem, vt in illo, & eius rebus executionem faceret, idque ita decernente Hiſpalenſi iudice, coram quo illæ productæ fuere, ab huiuſmodi decreto noſtrum Didacus prouocauit Senatum, in quo id ex pluribus merito reuocandum cenſuimus. In primis, quia falſo ſupponebatur, per inſtrumenti productionem, & executionis petitionem eius virtute factam, ac per iudicem decretam anno 1615. quaſi per litis conteſtationem videri decenni(præſcriptionem interruptam, & in 40. annos perpetuam, iuxta ſententiam Cifontani, Legionenſis, & Azeuedi, relatam ſup. numero 82. cùm ad id oppoſitorius actus neceſſarius foret, & per ſolam petitionem nec interrupta fuerit ad effectum, vt in aliud decennium prorogaretur, ad quod vel citatio, vel ſaltem executionis petitio aduerſus præſentem, & audientem partem facta requirebatur, vt late probauimus à numero 83. Bartoli doctrinam, qua ſententia illa nititur, optime declarantes numero 86. & 87. Rurſus quia & ſi citatio, vel executionis petitio aduerſus præſentem partem interueniſſet, atque ita intra aliud decennium executioni locus foret, id tamen iam lapſum eſt, cum anno 1615. quo petita, ac decreta fuit executio, ad annum 1627. quo illa fuit ſuſcitata, pluſquam duodecim anni fuerint emenſi. Tandem quia & ſi intra decennium prima illa executio petita fuiſſet, cum tamen ob illam ſolam iudicium cæptum non fuerit, ob citationis defectum, non fuit iuriſdictio radicata in iudice Caçorlæ, vt apud eum poſtea, cum alio domicilium Didacus tranſtulerat, executiuum id iudicium quaſi cæptum continuari poſſet per litteras requiſitorias ad domicilij iudicem. Ad quod ſaltem citationem executam requiri conſtat, l. cum quadam puella 19. verſic. Sed & ſi poſt ſuſceptam, ff. de iurid. omn. iud. l. ſi quis poſtea 7. l. vbi captum (al. acceptum) 30. ff. de iudiciis, cap. propoſuiſti 19. de foro compet. l. 12. titul. 7. parti. 3. & vltra ordinarios vbique reſoluunt Rebuf. tomo tertio, comment. ad ll. Gallic. tract. de citat. in præfat. numer. 117. Robert. Maranta diſputat. 6. numero vigeſimo, Tiber. Decianus in tract. criminal. libro quarto, capite vigeſimo primo, numero tertio, & ſeptimo, Andrea Gail. pract. obſeru. libro primo, cap. 11. numero primo, & capite vigeſimo nono, numero quinto, & libro ſecundo, capite trigeſimo ſexto, numero decimo tertio, Maſcard de probat. libro ſecundo concluſ. 1232. numero ſexto, & ſeptimo, qui ex numer. ſeq. latè ampliat, ac limitat, quod & fecit Græueus ad Gail. dict. libro primo, concl. 29. conſider. 2. per totam, qui alios congerunt, quibus addendi ſunt Paz in praxi 7. part. tomo primo, cap. vn. numero quinquageſimo nono, verſic. Tertiò ſuadetur, Domin. Valençuela dict. conſil. 21. numero vndecimo, duodecimo, & decimo tertio, & conſil. trigeſimo ſecundo, numero ſeptuageſimo. Sed nec ſufficiebat, contractum in illo loco fuiſſe celebratum, vt inſinuare videtur Text. difficilis in l. 2. Codice de iuriſd. omn. iud. illic: Nam vbi domicilium reus habet, vel tempore contractus habuit, licet hoc poſtea tranſtulerit, ibi tantum eum conueniri oportet. Quia Text. ille, ne iuris principiis obſtet, neceſſario accipiendus eſt, cum ex contractu illo obligatus vel primo in ius vocatus erat apud iudicem antiqui domicilij, in quo contraxit, vel ſi hoc domicilij tranſlationem non præceſſerit, in eo tamen loco poſtea repertus fuerit, quia & ibi ratione contractus rectè conuenitur, iuxta reg. Text. in capite primo, §. contrahentes, de foro compet. in 6. & quæ tradunt. gloſſ. verb. pro non dato, verſic. Tu potes attentare, Bart. & omnes, in l. 1. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, & in l. heres abſens 19. §. primo, & ſecundo, ff. de iud. Speculator in titul. de competentis iudicis adit. §. primo numero ſecundo, verſic. quinto, & rurſus à numero decimo octauo, Abb. à numero vigeſimo ſecundo, Dec. numer. 158. & poſt alios late Beroius à numer. 194 in capite primo, de iudiciis, idem Abb. in cap. fin. numero trigeſimo ſexto, de foro compet. Bern. Diaz reg. 632. Dominus Præſes Couarru. in pract. capite decimo, à numero tertio, Franciſcus Auiles ad caput vigeſim. ſeptim. Prætor. verbo entreguen, numero decimo ſexto, & decimo ſeptimo, Gutierrez de iurament. confirmat. tertia part. capite decimo ſexto, per totum (qui duo l. quandam ordinam. quæ contrariam videtur, rectè explicant) Paz in praxi 4. part. tomo primo, capite ſecundo, numero ſeptimo, Pet. Barboſa in dict. l. heres abſens, §. proinde, à numero quadrageſimo primo, Ceuall. commun. contra commun. tomo primo, quæſt. 154. Molinus de brach. ſecul. capite vigeſimo octauo, numero quinto, ſexto, & ſeptimo, & in terminis ſic relatam l. 2. rectiſſimè intellexerunt Paul. Caſtr. ibi numero ſeptimo, Abb. numero octauo, & Felin. numero ſecundo, in dict. cap. propoſuiſti, de foro compet. Donel. lib. 17. comment. cap. 12. verſ. Domicilio, & Petr. Barboſ. in dict. §. proinde, à num. 8.

***

DISSERTATIO XXVII.

De pacto redimendi cenſum inter eius debitorem, & alium tertium celebrato, an & quæ actio ex eo cenſus creditori quæratur, ac de differentia in hac materia inter ius commune, & Regium; ad plurium vtriuſque iuris capitum intellectum.

SVMMARIA.

1 Facti ſpecies refertur.
¶ Cenſus conſignatiui nouiſſima lege Regia Caſtellæ taxati ſunt ad rationem viceſimæ pro milliario, ac denique ad eam taxam poſteriore pragmatica ſanctione reducti ſunt omnes cenſus, ad minorem etiam rationem impoſiti, ibidem.
2 Pacta inter alios inita, aliis nec nocent, nec proſunt.
3 Alteri per alterum regulariter actio non quæritur abſque ceſſione. Quæ regula latè exornatur.
4 Executio ex inſtrumento competens, tantum locum habet ad inſtantiam creditoris, cùm quo illud confectum eſt, non verò tertij, etiam ſi eius interſit. Et qualiter id procedat? n. 25.
5 Solutionem in alterius quàm ſtipulantis perſonam vtiliter conferri quod dicitur, eo tantum ſpectat, vt is cui ſolutio iure ſtipulationis iniungitur, & in extraneum etiam, qui ſolutioni adiectus dicitur, confertur, poſſit ſi velit illi ſoluere, non tamen ab eo cogi valeat.
6 Pactum inter alios celebratum, etſi tertio proficiat, eique actionem quærat, non tamen eius reſpectu maiorem vim habere poteſt, quàm ſi ipſe ſibi paciſceretur.
7 Facere quod per ſe licitè quis non poteſt, nec per alium facere valet.
8 Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum locum ſubrogatur.
9 Fictio non debet plus operari in caſu ficto, quàm veritas in vero.
10 Pactum abſolutum de redimendo cenſum, ab eius debitore creditori factum, nempe quoties creditor voluerit, planè illicitum eſt, & contra ſubſtantiam contractus cenſuarij, & quare?
11 Pactum in cenſu conſignatiuo appoſitum, quo efficitur vt ſors principalis, ſiue ius eam repetendi, ab emptore ſeu creditore cenſus non alienetur, iſque omninò certus ſit de lucro vltrà ſortem, apertè vſurarium eſt, & n. ſeq.
12 Extrauag. 1. & 2. de emption. & vendition. inter communes, ius commune conſtituunt.
13 Pactum prædictum ex ſententia Feliciani, & aliorum, nedum vitiat contractum cenſuarium, ita vt reditus percepti in ſortem imputentur, ſed etiam vitiatur, ita vt eo non obſtante, liceat debitori cenſus eum quandocunque redimere. Contrarium defenditur, n. 42. & 43.
14 Ex pacto inter alios inito, inſpecto iure Regio Caſtellæ, alteri in cuius fauorem emanauit, actio nedum vtilis, ſed & directa quæritur, idque praxi receptiſſimum eſt, licèt in puncto iuris nonnulli contrarium exiſtimauerint, & num. 21. & 22.

15 Actio ex publico inſtrumento competens, iure Regio Caſtellæ executiua eſt, quia ea vis publicis inſtrumentis eo iure conceditur, licèt iure communi negetur.
16 Depoſitum etiam irregulare, aut ſimulatum, vel ſola confeſſione nitens, iure quoque communi executionem habet, multò breuiorem, quàm cæteræ res exequibiles, per remedia ſcilicet prætoria, eodem modo ac poſt ſententiam addictionis, quæ dicitur de trance, y remate.
17 Deciſio Rotæ Romanæ à Farinacio relata inter nouiſſimas, expenditur ad ſpeciem huius deciſionis.
18 Hiſpalenſis Senatus decretum refertur in caſu hic propoſito, ordinarij decretum confirmans cum duplici declaratione, quarum vna hic refertur, altera, num. 20.
¶ Obligatus ſi quis ſit per publicum inſtrumentum ad ſpeciem aliquam, vel rem præſtandam, aut quid faciendum, per coactionem (vulgò por mandamiento de apremio) aduerſus eum proceditur, ibidem.
19 Deciſio incidens in ſimili caſu, ſiue eius fragmentum refertur de creditore cenſus, ad eius redemptionem agente aduerſus filium debitoris, virtute pacti, ab illo cum patre initi.
20 Reditus decurſi à tempore, quo cenſus dominus notitiam habuit pacti, inter debitorem cenſus, & alium tertium facti de cenſu ipſo redimendo, cuius virtute illum ad redemptionem compulit, in ſortis principalis extenuationem cedunt, & à quo tempore in dubio talis notitia præſumatur?
21 Pactum inter alios celebratum, quemadmodum iure Regio Caſtellæ quærit actionem alteri, in cuius fauorem emanauit abſque ceſſione, ſic etiam iure feudali &, canonico, ſaltem vbi obligatiua verba ad ſtipulantem, ſeu paciſcentem diriguntur, & ſola executiua ad tertium.
22 Licet plures non aliter id admittant, quàm accedente iuramento. Et ad quid id neceſſarium ſit? contrariis opinionibus conciliatis.
23 Deciſio Hiſpalenſis, de qua hic, ſequuta eſt ius Regium, deciſio verò Rotæ ſuprà commemorata, ſequuta eſt ius canonicum, & quare? cum num. ſequenti.
24 In terris Romano Pontifici ratione temporalis iuriſdictionis ſubiectis, ſecundùm leges canonicas proceditur, etiam inter laicos.
25 Executio ex inſtrumento etiam ei competit, cum quo illud celebratum non eſt, ſi adeò eius interſit, vt & actio ipſi competat eo nomine.
26 Pactum de redimendo cenſum, eius debitori factum ab emptore bonorum, quæ debitor cenſui obligauerat, iure etiam ciuili inſpecto prodeſſe fideiuſſori, quem pro cenſus ſecuritate debitor dederat, putarunt Vincent. Carotius, & Antonius Heringius.
27 Pacta in rem concepta, fideiuſſoribus & aliis, quorum intereſt diſſolutam eſſe obligationem, proſunt.
28 Sententia Carotij, & Heringij in puncto iuris ſemota conſuetudine, vel ſtatuto falſa eſſe conuincitur.
29 Creditores poſſe recta via abſque vlla ceſſione conuenire eum, qui fructus bonorum à debitore accepit cum onere, ſeu pacto ipſis creditoribus ſatisfaciendi docuit, & in conſilio Neapolitano iudicatum refert Vincentius de Franchis, à